

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Matronae munificentissimae Dorotheae Friedericae
Lucretiae de Pelcke, natae de Bernhold in Eschau, ...
parentabunt ... cives ...**

Sachs, Johann Christian

Carolsruhae, 1769

"Badensium Marchionum, Ernsesti Friderici, [...]"

[urn:nbn:de:bsz:31-116002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116002)

Badensium Marchionum, ERNESTI FRIDERICI, GEORGII FRIDERICI, Fratrum; FRIDERICI MAGNI, CAROLI WILHELMII, CAROLI FRIDERICI munificentiam summam colit, atque aeternum venerabitur Gymnasium nostrum. Monumentum hoc amoris sui in litteras struxit, dotavit ERNESTVS FRIDERICVS; auxit, ornavit GEORGIVS FRIDERICVS; hostili Gallorum face incensum atque ad ipsa fundamenta disiectum restituit FRIDERICVS MAGNVS Durlaci; in sedem suam novam novis sumptibus transtulit CAROLVS WILHELMVS. Nutrit hanc artium officinam, ditat, ampliat CAROLVS FRIDERICVS, Patriae Pater, quo amabiliorem Principem nec maiores videre, nec posteritas unquam visura. Quid optimo huic Principi prius est, quid antiquius, quam ut in omnibus, quas divina maiestas ipsi gubernandas largita est, terris, civium animi vera in supremum Numen pietate, probis moribus, litterisque et artibus, quae vitam humanam reddunt felicioram, solcite atque accurate erudiantur? O utinam. *)

Serus in coelum redeas, diuque

Laetus intersis populo Badensi;

Neve Te nostris vitiiis iniquum

Ocyor aura

Tollat. Heic nostri potius Lycei

Heic ames dici pater atque custos;

Floreas, vivas, vigeas, perennes,

CAROLE PRINCEPS.

Nec

*) Conf. HORAT. Carm. Lib. I. Od. 2.